

ut diligátis invicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Tractatu 87. in Joannem.

IN lectione Evangelica, quæ hanc antecedit, dixerat Dominus: Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hic autem dicit: Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Ac per hoc intelligere debemus, hunc esse fructum nostrum, de quo ait: Ego vos elegi, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: & quod adjunxit, Ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Tunc utique dabit nobis, si diligamus invicem; cum & hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia non eum nos elegeramus, & posuit nos ut fructum afferamus, hoc est, invicem diligamus.

R. Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in finem orbis terræ verba eorum. Calicem Domini. **Benedictio.** Quorum festum colimus.

Lectio viij.

Charitas ergo est fructus noster, quam definit Apostolus, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Hæc diligimus invicem, hæc diligimus Deum: neque enim vera dilectione diligemus invicem, nisi diligentes Deum. Diligit enim unusquisque proximum suum, tamquam seipsum, si diligit Deum: nam si non diligit

Deum, non diligit seipsum. In his enim duobus præceptis charitatis, tota Lex pendet, & Prophetarum. Hic est fructus noster. De fructu itaque nobis mandans, Hæc mando, inquit, vobis, ut diligatis invicem. Unde & Apostolus Paulus, cum contra opera carnis commendare fructum spiritus veller, à capite hoc posuit: Fructus, inquit, spiritus, charitas est: ac deinde cætera, tamquam ex isto capite exorta & religata contexit, quæ sunt, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam:

V. Quorum doctrinam fulget Ecclesia, ut sole luna. **V.** Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam. Quorum. Gloria Patri. Quorum.

Benedictio. Ad societatem civium. **Lectio ix.**

Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet? Quis pacem veram, nisi cum illo potest habere, quem veraciter diligit? Quis est longanimis in bono opere perseveranter manendo, nisi ferveat diligendo? Quis est benignus, nisi diligat, cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligendo efficitur? Quis salubriter fidelis, nisi eâ fide, quæ per dilectionem operatur? Quis utiliter mansuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet unde turpatur, nisi diligat unde honestatur? Merito itaque magister bonus dilectionem sic sæpè commendat, tamquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

Te Deum laudamus. 12.

DIE

DIE XXX. OCTOBRIS.

In Vigilia omnium Sanctorum.
Tres Lectiones leguntur de Homilia Sancti Ambrosii Episcopi in Evangelium Descendens Jesus de monte, de Communi plurimorum Martyrum. xl.

Responsoria de Feria occurrenti.
In Laudibus dicuntur Preces festivales flexis genibus, ut in Psalterio. 44.

Oratio.

Domine Deus noster, multiplicata super nos gratiam tuam: & quorum prævenimus gloriosa solemnina, tribue subsequi in sancta professione lætitiâ. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

FESTA NOVEMBRIS.

Prima die non impedita dicitur Officium defunctorum.

Xx 3

DIE

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM.

AD VESPERAS,

Ant. Vidi turbam magnam, cum reliquis de Laudibus. 702. *Psalm.* Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 94. & loco ultimi, *Psalm.* Laudate Dominum omnes Gentes. 97.


Capitulum.

Apo. 7.

Ecce ego Joannes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

Hymnus.

Placare, Christe, servulis,
Quibus Patris clementiam
Tuae ad Tribunal gratiae
Patrona Virgo postulat.
Et vos beata, per novem
Distincta gyros, Agmina,
Antiqua cum praesentibus,
Futura damna pellite.
Apostoli cum Vatribus
Apud severum Judicem,
Veris reorum flētibus
Exposcite indulgentiam.
Vos purpurati Martyres,
Vos candidati premio
Confessionis, exules
Vocate nos in patriam.
Chorea casta Virginum,
Et quos eremus incolas
Transmisit astris, Coelitus
Locate nos in sedibus.
Auferte gentem perfidam
Credentium de sinibus;
Ut unus omnes unicum.



B. Albrecht J. M.

Ovile nos Pastor regat.

Deo Patri sit gloria,
Natoque Patris Unico,
Sancto simul Paraclyto,
In sempiterna saecula. Amen.

V. Latamini in Domino & exultate justi. *R.* Et gloriamini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.

Angeli, Archangeli, Throni & Dominaciones, Principatus & Potestates, Virtutes caelorum, Cherubim atque Seraphim, Patriarchae & Prophetae, sancti legis Doctores, Apostoli, omnes Christi Martyres, sancti Confessores, Virgines Domini, Anachoritae, Sanctique omnes intercedite pro nobis.

Oratio.

Omnipotens sempiterna Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuiti celebritate venerari: quæsumus, ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem regum Dominum, venite, adoramus: * Quia ipse est corona Sanctorum omnium. *Psalmus.* Venite, exultemus. 1. *Hymnus.* Placare, Christe, servulis, ut supra.

In primo Nocturno, Antiphona. Novit Dominus viam justorum, qui in lege ejus meditantur die ac nocte.

Psalmus 1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in caedra pestilentiae non sedit:

Xx 4

Sed

Sed in lege Domini voluntas ejus,*
& in lege ejus meditabitur die ac
nocte.

Et erit tamquam lignum, quod
plantatum est secus decursus aqua-
rum,* quod fructum suum dabit
in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: * &
omnia quaecumque faciet, prospera-
buntur.

Non sic impij, non sic: sed tam-
quam pulvis, quem projicit ventus
a facie terrae.

Ideo non resurgent impij in judi-
cio: * neque peccatores in concilio
justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum: * & iter impiorum peribit.

Antiphona. Novit Dominus viam
justorum, qui in lege ejus medi-
tantur die ac nocte.

Antiphona. Mirificavit Dominus
Sanctos suos, & exaudivit eos cla-
mantes ad se.

Psalmus 4.

Cum invocarem exaudivit me
Deus justitiae meae: * in tri-
bulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * & exaudi oratio-
nem meam.

Filij hominum usquequò gravi corde?
* ut qui diligitis vanitatem, &
queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Domi-
num sanctum suum: * Dominus
exaudiet me cum clamavero ad
eum.

Trascimini, & nolite peccare: *
quae dicitis in cordibus vestris, in
cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiae, &
sperate in Domino. * Multi dicunt:
Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus
tui Domine: * dedisti laetitiam
in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei
sui, * multiplicasti sunt.

In pace in idipsam * dormiam, &
requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter
in spe * constituisti me.

Añs. Mirificavit Dominus Sanctos
suos, & exaudivit eos clamantes
ad se.

Añs. Admirabile est nomen tuum,
Domine, quia gloria & honore cor-
onasti Sanctos tuos, & constituisti
eos super opera manuum tuarum.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, * quam
admirabile est nomen tuum in
universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia
tua, * super caelos.

Ex ore infantium & lactentium per-
fecisti laudem propter inimicos tuos,*
ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo caelos tuos, ope-
ra digitorum tuorum: * lunam &
stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es
ejus? * aut filius hominis, quoniam
visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab An-
gelis, gloria & honore coronasti
eum: * & constituisti eum super
opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus,*
oves & boves universas: insuper
& pecora campi.

Volucres caeli, & pisces maris,*
qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam
admirabile est nomen tuum in uni-
versa terra!

Añs. Admirabile est nomen tuum,
Domine, quia gloria & honore cor-
onasti Sanctos tuos, & constituisti
eos super opera manuum tuarum.

V. Latamini in Domino & exul-
tate justi. **R.** Et gloriamini omnes
recti corde. **Pater noster.** **Absolutio.**

Exaudi Domine. **V.** Jube domne.
Benedictio. Benedictioe perpetua.

Ex

Ex libro Apocalypsis beati Joannis
Apostoli.

Lectio j. **Cap. 4.**

Et ecce sedes posita erat in
caelo, & supra sedem sedens.
Et qui sedebat similis erat aspectu
lapisid jaspidis, & sardinis:
& iris erat in circuitu sedis si-
milis visioni smaragdinae. Et in cir-
cuitu sedis sedilia viginti quatuor:
& super thronos viginti quatuor
seniores sedentes, circumamicti
vestimentis albis, & in capibus
eorum coronae aureae. Et de throno
procedebant fulgura, & voces, &
tonitrua: & septem lampades ar-
dentis ante thronum, qui sunt sep-
tem spiritus Dei. Et in conspectu
sedis tamquam mare vitreum simile
crystallo: & in medio sedis, & in
circuitu sedis quatuor animalia ple-
na oculis ante & retro. Et animal
primum simile leoni, & secundum
animal simile vitulo, & tertium
animal habens faciem quasi homi-
nis, & quartum animal simile aequi-
lae volanti. Et quatuor animalia,
singula eorum habebant alas senas:
& in circuitu, & intus plena sunt
oculis: & requiem non habebant
die ac nocte, dicentia: Sanctus,
Sanctus, Sanctus, Dominus Deus
omnipotens, qui erat, & qui est,
& qui venturus est.

R. Vidi Dominum sedentem super
solum excelsum & elevatum; &
plena erat omnis terra majestate
ejus. * Et ea, quae sub ipso erant,
replebant templum. **V.** Seraphim
stabant super illud: sex alae uni, &
sex alae alteri. Et ea. **Benedictio.**
Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij. **Cap. 5.**

Et vidi in dextera sedentis su-
pra thronum, librum scriptum
intus & foris, signatum sigillis sep-
tem. Et vidi Angelum fortem, praed-
icantem voce magna: Quis est dig-

nus aperire librum, & solvere signa-
cula ejus? Et nemo poterat neque
in caelo, neque in terra, neque sub-
tus terram aperire librum, neque
respicere illum. Et ego flebam multum,
quoniam nemo dignus inventus
est aperire librum, nec videre
eum. Et unus de senioribus dixit
mhi: Ne fleveris: ecce vicit leo de
tribu Juda, radix David, aperire
librum, & solvere septem signacu-
la ejus. Et vidi: & ecce in medio
throni & quatuor animalium, &
in medio seniorum, Agnum stantem
tamquam occisum, habentem cornua
septem, & oculos septem: qui
sunt septem spiritus Dei, missi in
omnem terram. Et venit: & accepit
de dextera sedentis in throno li-
brum. Et cum aperisset librum,
quatuor animalia, & viginti qua-
tuor seniores ceciderunt coram Ag-
no, habentes singuli citharas, &
phialas aureas plenas odoramentorum,
quae sunt orationes Sanctorum.

R. Beata es Virgo Maria, Dei Ge-
nitrix, quae credidisti Domino:
perfecta sunt in te quae dicta sunt
tibi: ecce exaltata es super choros
Angelorum. * Intercede pro nobis
ad Dominum Deum nostrum.
V. Ave Maria, gratia plena: Do-
minus tecum. Intercede. **Benedic-
tio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Et cantabant canticum novum,
& dicentes: Dignus es Domine
accipere librum, & aperire signa-
cula ejus: quoniam occisus es, &
redemisti nos Deo in sanguine tuo
ex omni tribu, & lingua, & populo,
& natione: & fecisti nos Deo
nostro regnum, & sacerdotes: &
regnabimus super terram. Et vidi,
& audivi vocem Angelorum multo-
rum in circuitu throni, & anima-
rum, & seniorum: & erat numerus
eorum millia millium, dicentium
vo-

voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in celo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audivi dicentes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Et quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adoraverunt viventem in sæcula sæculorum.

R. In conspectu Angelorum psallimus tibi. * Et adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo Domine. **V.** Super misericordiam tuam, & veritatem tuam: quoniam magnificasti super nos nomen sanctum tuum. Et adorabo. Gloria Patri. Et adorabo.

In secundo Nocturno, Antiphona. Domine, qui operati sunt justitiam, habitabunt in tabernaculo tuo, & requiescent in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, * non movabitur in æternum.

Antiphona. Domine, qui operati sunt justitiam, habitabunt in tabernaculo tuo, & requiescent in monte sancto tuo.

Antiphona. Hæc est generatio quarerentium Dominum, quarerentium faciem Dei Jacob.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: * & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quarerentium eum, * quarerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Antiphona. Hæc est generatio quarerentium Dominum, quarerentium faciem Dei Jacob.

Antiphona. Lætâmini in Domino & exultate justi: & gloriâmini omnes recti corde.

Psal-

Psalmus 31.

Beatissimi sunt iniquitates: * & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, * nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: * conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: * & injustitiam meam non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: * & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opportuno.

Veruntamen in diluvio aquarum multarum, * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me: * exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradiëris: * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, * quibus non est intellectus.

In campo & freno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætâmini in Domino & exultate justi: * & gloriâmini omnes recti corde.

Antiphona. Lætâmini in Domino & exultate justi: & gloriâmini omnes recti corde. **V.** Exultent justi in conspectu Dei. **R.** Et delectentur in lætitia. Pater noster. **Absolutio.**

Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens. Sermo venerabilis Beati Presbyteri. **Sermone 18. de Sanctis.**

Lectio IV.

Hodiè, dilectissimi, omnium Sanctorum sub una solemnitate læticia celebramus festivitatem: quorum societas cœlum exultat, quorum patrocinis terra lætatur, triumphis Ecclesiæ sancta coronatur, quorum confessio quantum in passione fortior, tanto est clarior in honore: quia dum crevit pugna, crevit & pugnantium gloria, & martyrii triumphus multiplici passionum genere adornatur: perque graviora tormenta, graviora fuere & premia: dum Catholica mater Ecclesiæ, quæ per totum orbem longè latèque diffusa est, in ipso capite suo Christo Jesu edocta est, contumelias, cruces & mortem non timere; magis magisque roboreta, non resistendo, sed perferenda, universis, quos agmine inclyto carcer pœnalis inclusit, pari & similibus calore virtutis ad gerendum certamen gloriæ triumphalem inspiravit.

R. Præcursor Domini venit, de quo ipse testatur: * Nullus major inter natos mulierum Joanne Baptista. **V.** Hic est Propheta, & plus quam Propheta, de quo Salvator ait. Nullus. **Benedictio.** Christus perpetuæ.

Lectio V.

Overè beata mater Ecclesiæ, quam sic honor divinæ dignationis illuminat, quam vincuntium gloriosus Martyrum sanguis exornat, quam inviolatæ confessionis candida induit virginitas. Floribus ejus nec rosæ, nec lilia desunt. Certent nunc, charissimi, singuli, ut ad utroque honores amplissimam accipiant dignitatem, coronas, vel de virginitate candidas, vel de

pas

passione purpureas. In cœlestibus castris pax & acies habent flores suos, quibus milites Christi coronantur.

R. Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: * Calicem Dñi biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calicem. **Bened.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

DEi enim ineffabilis & immensa bñitas etiã hoc providit, ut laborum quidem tempus & agōnis non extenderet, nec longum faceret, aut æternum; sed breve, & ut ita dicam, momentaneum: ut in hac brevi & exigua vita agōnes essent & labores, in illa verò quæ æterna est coronæ & præmia meritōrum: ut labores quidem citò finirentur, meritōrum verò præmia sinè fine durarent: ut post hujus mundi tenebras visurū essent candidissimam lucem, & accepturū majorem passioñum cunctarū acerbitatibus beatitudinem, restantē hoc idem Apóstolo, ubi ait: Non sunt condignæ passioñes hujus temporis ad superventuram glóriam, quæ revelabitur in nobis.

R. Sancti mei qui in carne positi, certamen habuistis: * Mercèdem laboris ego reddam vobis. **V.** Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercèdem. Glória Patri. Mercèdem.

In tertio Nocturno, Antiphona. Timete Dñm omnes Sancti ejus: quoniam nihil deest timéntibus eum: ecce oculi Dñi super justos, & aures ejus ad preces eorum.

Psalmus 33.

Benedicam Dñm in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Dño laudabitur anima mea: * audiant mansueti, & lætetur.

Magnificatè Dñm mecum: * & exaltémus nomen ejus in idipsum. Exquisivi Dñm, & exaudivit me: * & ex omnibus tribulatiōibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: * & facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamavit, & Dñm exaudivit eum: * & de omnibus tribulatiōibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Dñi in circuitu timéntium eum: * & eripiet eos.

Gustate, & videte quoniam suavis est Dñus: * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dñm omnes sancti ejus: * quoniam non est inopia timéntibus eum.

Divites egèrunt & esuriunt: * inquirentes autem Dñm non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me: * timorem Dñi docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: * diligit dies videre bonos?

Pròhibe linguam tuam à malo: * & labia tua ne loquantur dolum.

Diverte à malo, & fac bonum: * inquire pacem, & persèquere eam.

Oculi Dñi super justos: * & aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Dñi super facientes mala: * ut perdat de terra memoriã eorum.

Clamaverunt justi, & Dñm exaudivit eos: * & ex omnibus tribulatiōibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dñus iis, qui tribulato sunt corde: * & humiles spiritum salvabit.

Multæ tribulatiōnes justorum: * & de omnibus his liberabit eos Dñus.

Custodit Dñus omnia ossa eorum: * unum ex his non conteretur.

Mors

Psalmus 96.

Mors peccatorum pessima: * & qui odèrunt justum, delinquent.

Rèdimet Dñm animas servorum suorum: * & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Antiphona. Timete Dñm omnes Sancti ejus: quoniam nihil deest timéntibus eum: ecce oculi Dñi super justos, & aures ejus ad preces eorum.

Antiphona. Dñine spes Sanctorum, & turris fortitudinis eorum, dedisti hereditatem timéntibus nomen tuum, & habitabunt in tabernaculo tuo in sæcula.

Psalmus 60.

Exaudi Deus deprecationem meam: * intènde oratiōni meæ.

A finibus terræ ad te clamavi: * dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: * turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: * pròtegar in velamento alarum tuarum.

Quoniam tu Deus meus exaudivisti oratiōnem meam: * dedisti hereditatem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies: * annos ejus usque in diem generatiōnis & generatiōnis.

Permanet in ætèrnum in conspectu Dei: * misericordiam & veritatem ejus quis requiret?

Sic psalmum dicam nòmini tuo in seculum sæculi: * ut reddam vota mea de die in diem.

Antiphona. Dñine spes Sanctorum, & turris fortitudinis eorum, dedisti hereditatem timéntibus nomen tuum, & habitabunt in tabernaculo tuo in sæcula.

Antiphona. Qui diligitis Dñm, lætamini in Dño: & confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Dominus regnavit, exiit terra: * lætèntur insulæ multæ. Nubes, & caligo in circuitu ejus, * justitia, & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Illuxerunt fòlgura ejus orbis terræ: * vidit, & commòta est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Dñi: * à facie Dñi omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi glóriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ, * pròpter judicia tua Dñine.

Quoniam tu Dñus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dñm, odite malum: * custodit Dñus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Dño: * & confitemini memoriæ sanctificatiōnis ejus.

Antiphona. Qui diligitis Dñm, lætamini in Dño: & confitemini memoriæ sanctitatis ejus. **V.** Justitiam in perpetuum vivent. **R.** Et apud Dñm est merces eorum. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 5.

In illo tempore: Videns Jesus turbas, ascendit in montem, & cum

cūm sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi. *Lib. 1. de Sermonē Domini in monte, sub initium.*

SI quaeritur quid significet mons, bene intelligitur significare majora praecepta justitiae, quia minorā erant, quae Judaei danda sunt. Unus tamen Deus per sanctos Prophetas & famulos suos, secundum ordinatissimam distributionem temporum, dedit minorā praecepta populo, quem adhuc timore alligari oportebat: & per Filium suum majora populo, quem charitate jam liberari convenerat. Cūm autem minorā minoribus, majora majoribus dantur, ab eo dantur, qui solus novit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur ad nuptias. Vigilate ergo, quia nescitis quā hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. **Benedictio.** Quorum festum colimus.

Lectio viij.

Nec mirum est, quod dantur praecepta majora propter regnum caelorum, & minorā data sunt propter regnum terrenum, ab eodem uno Deo, qui fecit caelum & terram. De hac ergo justitia, quae major est, per Prophetam dicitur: Justitia tua sicut montes Dei: & hoc bene significat, quod ab uno magistro, solo docendis tantis rebus idoneo, docetur in monte. Sedens autem docet, quod pertinet ad dignitatem magistratū. Et accedunt ad eum discipuli ejus, ut audiendū illius verbis, hi essent etiam corpore viciniōres, qui praeceptis adim-

plendis etiam animo propinquabant. Et aperiens os suum docebat eos, dicens. Ista circumlocutio, quā scribitur, Et aperiens os suum, fortassis ipsa mora commendat aliquid longiorem futurum esse sermonem. Nisi forte non vacet, quod nunc eum dictum est aperuisse os suum, quod ipse in lege veteri aperire soleret ora Prophetarum.

R. Mediā nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Prudentes virgines apertate vestras lampades. Ecce sponsus. Glōria Patri. **Ecce. Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Quid ergo dicit? Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Legimus scriptum de appetitione rerum temporalium: Omnia vanitas, & praesumptio spiritus. Praesumptio autem spiritus, audaciam & superbiam significat. Vulgo etiam magnos spiritus superbi habere dicuntur: & recte, quandoquidem spiritus etiam ventus vocatur. Unde scriptum est: Ignis, grandis, nix, glacies, spiritus procellarum. Quis vero nesciat, superbos inflatos dici, tamquam vento distentos? Unde est etiam illud Apostoli: Scientia inflat, charitas vero aedificat. Quapropter recte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, id est, non habentes inflatum spiritum.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

Videtur turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, stantes ante thronum. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 13. **Añā.** Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & ceciderunt in conspectu throni,

throni in facies suas, & adoraverunt Deum. **Añā.** Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. **Añā.** Benedicite Dominum omnes electi ejus, & agite dies laetitiae, & confitemini illi. **Añā.** Hymnus omnibus Sanctis ejus, filii Israel, populo appropinquanti sibi: gloria haec est omnibus Sanctis ejus.

Capitulum. **Apoc. 7.** Ecce ego Johannes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus, quoad usque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

Hymnus. **Salūtis aeternae dator**
Jesu redemptis subveni
Virgo parens clementiae
Dona salutem servulis
Vos Angelorum millia
Patrumque caetus, & gmina
Canora Vatum; vos reis
Precamini indulgentiam.
Baptista Christi praevisus,
Summique Coeli Claviger,
Cum caeteris Apostolis
Nexus resolvant criminum.
Cohors triumphans Martyrum,
Almus Sacerdotum Chorus,
Et Virginialis castitas
Nostros reatus abluant.
Quicumque in alta siderum
Regnatis aula Principes,
Favete votis supplicum,
Qui dona caeli flagitant.
Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito
In saeculorum saecula. Amen.
Exultabunt Sancti in gloria.

R. Exultabunt in cubilibus suis. **Ad Benedictus, Antiphona.** Te gloriosus Apostolorum chorus, te Prophetarum laudabilis numerus, te Martyrum candidatus laudat exercitus, te omnes Sancti & electi voce confitentur unanimes, beata Trinitas, unus Deus.

Oratio.

Omnipotens sempiternae Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari: quosumus, ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona. Et omnes Angeli. **Capitulum.** Ecce ego Johannes, ut supra.

R. br. Laetamini in Domino. Et exultate justi. Laetamini. Et exultate. Glōria Patri. Laetamini.

R. Exultent justi in conspectu Dei. Et delectentur in laetitia.

Ad Sextam, Antiphona. Redemisti nos.

Capitulum. **Apoc. 7. c.** **P**ost haec vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum Dei, in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum.

R. br. Exultent justi in conspectu Dei. Exultent. Et delectentur in laetitia. In conspectu Glōria Patri. Exultent. **R.** Justi autem in perpetuum vivent. **R.** Et apud Dominum est merces eorum.

Ad Nonam, Antiphona. Hymnus omnibus Sanctis ejus.

Capitulum. **Apoc. 7. c.** **B**enedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro,